



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 18. Eusebius. Dionysius. Et Lucifer in Exilium pelluntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV. Antequam Papæ Legati in locum exilii  
A. C. 355. abducerentur, Hilarii Diaconi, vestibus  
 spoliati, dorsum flagris lacerarunt, dicen-  
 tes: *quare Liberio obedivisti? quare lit-  
 teras ejus attulisti?* qui vero tam indigne  
 Hilarium tractabant, erant Ursacius, &  
 Valens, eorumque factionis Evnuchi, ti-  
 dentes, & fannas verberibus addentes.  
 Hilarius, hæc patiens, Deum benedice-  
 bat.

## §. XVIII.

*Eusebius. Dionysius. Et Lucifer in  
 Exilium pelluntur.*

*Hil. in Const.* **D**uctores militum, via sibi per cuneos  
 I. p. 29. populi crudelibus modis aperta, in  
 Sanctuarium penetrarunt, ut Episcopus  
 ab Altari abstraherent; ipsi in exilium  
 migrabant; levatis in Cælum oculis, pul-  
 verem pedum suorum excutientes. Ta-  
 lis fuit Concilii Mediolanensis exitus.  
*Ath. ad So-* Plerique Episcoporum vel fraude dece-  
*lit. p. 832.* pti, vel metu victi condemnationi S.  
*Ruf. lib. I.* Athanasii subscripserunt. Hos inter le-  
 c. 20. gitur Fortunatianus Aquilejensis, qui  
*Athan. ap. I.* primo fortiter resistens, deinde succu-  
 p. 692. buit. Dionysius tamen, Eusebius, & Lu-  
*Apol. 2. p.* cifer soli non fuere, qui constantes per-  
 807. severarunt, plures alii S. Athanasii cau-  
*Ad. Solit.* sam non prodiderunt, similiter propterea  
 p. 842. proscripti, partim in ipso Concilii Medio-  
*Lucif. II.* lanensis exitu, partim non longo post tem-  
*pro Athan.* pore.

pore. Contra singulos confictæ sunt ca-  
 lumniæ, ne propter causam Dei prosci-  
 pti viderentur. Inter alios notatur Ex-  
 superantius, sub Eusebio in Ecclesia Ver-  
 cellensi Minister, post hæc Episcopus Der-  
 tonensis. Maximus Episcopus Napolita-  
 nus diu tormentis tentatus est, quod cre-  
 derent, ob corporis imbecillitatem facile  
 vincendum, tandem proscriptus, in exi-  
 lio beato sine quievit. Ariani quemdam  
 nomine Zosimum in ejus Episcopatu sub-  
 stituerunt. Rufinianus admirandæ sim-  
 plicitatis vir in hac persecutione insolito  
 prorsus Martyrii genere defunctus est,  
 quippe eum Epictetes Arianus Episcopus  
 Centumcellarum ante vehiculum suum  
 tandiu currendo fatigari coegit, donec  
 ruptis venis per os ejus unacum omni  
 sanguine anima egressa est.

Episcopi exilii sui occasione ad Eccle-  
 siæ emolumentum utebantur; in quem-  
 cunque locum fuissent delati, fidem Ca-  
 tholicam suis in vinculis prædicabant,  
 Arianorum hæresin damnabant, Ursacii,  
 & Valentis pudendum relapsum annun-  
 tiabant. Omnibus in veneratione erant,  
 tanquam Jesu Christi Confessores, un-  
 dique ad eorum usus pecuniæ liberaliter  
 comportabantur, omnesque ferme Pro-  
 vincia, missis ad eos legatis, honorarunt.  
 Econtra Arianos, tanquam eorum carni-  
 fices, omnes abominabantur, nec ita im-  
 merito,

Sæculum IV.  
 A. C. 355.

Serm. 56. in  
 ap. Ambr.  
 n. 2. al. serm.  
 15. Libell.  
 Faust. &  
 Marc. p. 29.

ibid. p. 54.

ibid. p. 30.

Athan. ad  
 Solit. pag.  
 832.

Sulp. lib. 2.  
 p. 414.

Sæculum IV. merito, quippe, quid quid virorum San-  
 A. C. 355. ctorum exilium acerbius reddere pote-  
 Ath. ad So- rat, cumulabant, & singulos in locum ab  
 lit. p. 836. aliorum consortio remotum relegarunt,  
 quod ne quidem Maximianus, aliique Per-  
 secutores Idololatræ fecerant. Eusebius  
 Vercellensis Scythopolim Palæstinæ rele-  
 gatus est, ubi Episcopus erat Patrophilus,  
 non ultimum inter Arianorum Principes  
 Lucifer Exul. locum tenens. Lucifer Germaniciam in  
 Syria, cujus urbis Episcopus erat Eudo-  
 xius Ariana hæresi notissimus; ipse Lu-  
 cif. pro cifer de ærumnis, quas ibi tolerare cog-  
 Athan. p. 17. batur, ad Imperatorem orationem diri-  
 gens, ita loquitur: *Quia nos a Concilio  
 impiorum segregavimus, exulare cogimur,*  
*Idem de non in carceribus languemus, solis aspectu pri-*  
*conv. cum vnamur, in tenebris arte custodimur, ne-*  
*hæc. p. 199. mo ad nos, saltem futurus malorum nostror-*  
*Ambr. ep. 63. rum testis, admittitur.* S. Dionysius Ne-  
 n. 70. al. ep. diolanensis in Cappadociam migrare jus-  
 25. Martyr. sus, precibus suis a Deo obtinuit, ut ce-  
 Rom. Hilar. leriter moreretur, ne Ecclesiæ suæ calu-  
 in Aur. p. mitatem cogeretur aspicere. Seculis  
 314. temporibus Reliquiæ ejus Mediolanum  
 Athan. ad relatæ sunt. Memoriam ejus Ecclesia  
 Solit. p. 861. vigesima quinta Maji honorat. In ejus  
 locum positus est Auxentius Arianus, a  
 Ambr. III. Gregorio Antiepiscope Alexandrino in  
 de Spir. c. Presbyterum ordinatus; hunc Impera-  
 10. n. 59. tor de industria ex Cappadocia Mediola-  
 num vocavit, omnibus ignotum, linguæ  
 latinæ,

latinæ, sicut plerique Græcorum, igna-  
 rum. Erat Auxentius vir doctissimus, &  
 negotiis aptissimus, sed malus Christia-  
 nus. Hic ergo armata manu in Eccle-  
 siam Mediolanensem intrusus.

Sæculum IV.

A. C. 355.

Epist. 6. p.

750. To. 2.

Conc.

Liberius Papa ad S. Eusebium Vercel-  
 lensem, aliosque Episcopos exules litte-  
 ras circulares dedit, in quibus ait: *Qui-  
 bus laudibus vos efferam, cum diversi af-  
 fectus cor meum scindant? hinc ob charis-  
 simorum fratrum absentiam dolor torquet,  
 inde ob tantam Gloriam vestram gaudium  
 recreat. Majus solatium ex me capere  
 non potestis, quam si me ipsum vobiscum  
 exulare certissime credatis. Ego quidem,  
 Chari fratres! primus pro vobis omnibus  
 immolari cupiissem, vobisque acquirendæ  
 gloriæ, quam jam tenetis, exemplum da-  
 re, sed gaudeo hanc potius meritis vestris,  
 quam meo exemplo deberi. Inferius sub-  
 jungit: promissorum cælestium certi esto-  
 te! & quia jam Deo acceptiores facti  
 estis, juvate me vestris precibus, ut ho-  
 stium conatibus valeam resistere, in pugna  
 eo magis periculosa, quod sit quotidiana.  
 Orate, ut fides servetur inviolata, Eccle-  
 siæ Catholicæ status integer, nobisque Do-  
 minus laborum mercedem concedere digne-  
 tur. Omnia, quæ in certamine vestro  
 contigerunt, accuratius scire desidero,  
 hinc rogo, ut nihil eorum, quæ facta sunt,  
 in litteris vestris omittatis, sic exhorta-  
 tiones*

Sæculum IV. *tiones vestræ, & exemplum animum meum*  
A. C. 355. *multis morbis fractum, & attenuatas cor-*  
*poris vires roborabunt.* Ex his ultimis  
 verbis, provecam fuisse Liberii ætatem,  
 judicandum.

## §. XIX.

*Liberium persequuntur Ariani.*

*Athan. ad* Ariani, si Liberii Papæ constantiam de-  
*Solit. pag.* vicissent, cœteros omnes in suam  
 832. sententiam transituros, credebant; hoc  
 ergo futurum esse Imperatori persuase-  
 runt, ardentem desideranti, ut Achanasii  
 condemnatio illa auctoritate, quæ prin-  
 cipaliter in Episcopis Romanis residet,  
 robur acciperet (verba hæc sunt Am-  
*Amm. lib.* miani Marcellini ejusdem temporis Hi-  
*XV. c. 7.* storici gentilis) (\*) Imperator ad Pon-  
 tificem misit Eynuchum, nomine Eufe-  
 bium,

(\*) Hem! Scriptoris Gentilis contra Prote-  
 stantes pro Summa in Ecclesia Catholica SS. Pon-  
 tificum Auctoritate invictum testimonium! Quid  
 ad hæc Interpres Protestans? Is in sua Præfatio-  
 ne ad Partem I. pag. 31. ubi in Criticos temere-  
 rios invehitur, hæc habet: *Es ist für die ver-*  
*wegene Kritik nichts zu heilig, daran sie nicht*  
*Hände legen, nichts zu klein, damit sie nicht*  
*Muthwillen treiben sollte. Sie streicht aus,*  
*sie setzet hinzu &c. Jam tenemus lupum auribus.*  
 Hic ipse Interpres in hoc loco ubi a Scriptoris  
 Gen-